



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

27 De Haereticis co[m]burendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

DE ANNATIS. 147

centi status sui potest onerare personas & beneficia. Et illam rationem dicit bene inferre & concludere.

Sequitur si sacerdotes, & episcopi vellent negare annatas summo pontifici, tunc eadem facilitate laici negarent decimas sacerdotibus, & sacerdotes recusarent medios fructus dare episcopis, vnde ex ecclesia faceremus Babylonem. Id quod strenue contendunt hæretici, & eorum adherentes, diuina humanaq; omnia commiscentes.

DE HAERETICIS
comburendis.

XXVII.

¶ Prima pœna hæreticorum in nouo testamento fuit excommunicatio.

SI quis ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus, id est, separetur ab ecclesia per excommunicationē. At heretici in-sorrigibiles, nō audiunt ecclesiam.

Hære-

DE HAERETICIS.

- Tit., 3** Hæreticum hominem post vnam
& secundam correptionem deuita,
sciens quia subuersus est, qui huius-
modi est, & delinquit, quum sit pro-
Eccle., 1 prio iudicio condemnatus: Peruersi
autem difficile corriguntur. Ideo hæ-
retici incorrigibiles non vincuntur
neq; persuadentur rationibus.
- 2. Thess., 3** Denunciamus vobis fratres in no-
mine domini nostri Iesu Christi, vt
subtrahatis vos ab omni fratre am-
bulante inordinate, & non secun-
dum traditionem quam acceperunt
a nobis.
- 1. Ioan., 2** Si quis venit ad vos, & hanc do-
ctrinam non affert, nolite eum reci-
pere in domum, nec aue ei dixeritis
Qui enim dixerit illi aue, commu-
nicat operibus eius malignis. Vnde &
idem Ioan. euangelista quum in bal-
2. 4. 9. 1. c. neis Cherinthum hæreticum repe-
risset, mox exiit ad discipulos di-
cens: Fugiamus hinc ne & balneq; ip-
se nos corrumpant, in quibus Che-
riathus

finthus lanatur, veritatis inimicus.

Ita Moyſes quoq; ad filios Iſrael Num. 16

in ſeditione Chore, Dathan & Abi-
ron dixit: Recedite à tabernaculis
impiorum hominum, & nolite tan-
gere quæ ad eos pertinent, ne inuol-
uamini peccatis eorum. Et Apoſto-
lus, Rogo vos fratres vt obſeruetis Rom. 16
eos, qui diſſenſiones & offendicula
præter doctrinam quam vos didici-
ſtis, faciunt, & declinate ab illis. Hu-
iuſmodi enim Chriſto domino non
ſeruiunt, ſed ſuo vëtri, & per dulces
ſermones & benedictiones ſeducunt
corda innocentium.

Hæretici obſtinati aut relapſi iu-
ſte per mortem e medio tolluntur.

Si ſurrexerit in medio tui prophe- Deut. 18
tes, aut qui ſomnium ſe vidiffe di-
cat, & prædixerit ſignum atque por-
tentum & euenerit quod loquutus eſt,
& dixerit tibi, eamus & ſequamur
deos alienos quos ignoramus, & ſer-
uiamus eis, non audies verba pro-
phetae

DE HAERETICIS.

pheta illius, aut somniatoris, quia
tentat vos dominus Deus vester, vt
palam fiat, vtrum diligatis eum, an
non, in toto corde, & in tota anima
vestra. Propheta autē ille aut fictor
somniaſtorū interficietur, quia loquu-
tus est, vt vos auerteret à domino
deo vestro.

Deut. 17 Qui superbierit, nolens obedire
sacerdotis imperio, qui eo tempore
ministrat domino deo tuo ex decre-
to iudicis moriatur, & auferes ma-
lum de Israel. Hęc legis ratio adhuc
militat, vt auferamus malum de me-
dio ecclesiæ.

Deut. 18 Propheta qui arrogantia depra-
uatus, voluerit loqui in nomine meo
quæ ego non præcepi illi vt diceret,
aut ex nomine alienorum deorum,
interficietur.

Leuit. 24 Educ blasphemum extra castra, &
lapidet eū omnis populus. Cur non
& hæreticum?

3. Reg. 1 Helias propheta domini, inter-
fecit

fecit prophetas Baal.

Lupus dene arceri debet, sed si aliter non potest consuli saluti gregis, lupus etiam interimendus est, heretici autem sunt lupi, dicite Christo: **Mat. 7**, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intus vero sunt lupi rapaces.

Et Paulus: Scio quoniã intrabunt **Act. 20** post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Iuste igitur è medio tolluntur per mortem.

Iesus quũ fecisset quasi flagellum **Ioan. 2** de funiculis, omnes eiecit de tẽplo, oues quoque & boues, & nummulariorum æs effudit, & mensas subuertit. Si hoc nummularijs quid tunc hereticis faceret?

Doctrina hereticorum noxia **1. Tim. 2** cinis, quia sermo illorum velut cancer serpit.

Saphira & Ananias à principio **Act. 5** nascentis ecclesię, propter pusillum
V pecu-

DE HAERETICIS

pecuniæ, à Petro morte mulctati sunt, quāto magis hæretici animas defraudātes à successore Petri morte mulctentur?

Augustinus de pœna hereticorū. Cogūt multas inuenire medicinas, multorum experimēta morborum. Aliquando libri mathematicorum & hæreticorum fuerunt combusti, sicut Augustinus super Ioannem dicit, factum suo tempore. Combussit Gelasius papa anno domini. 496. Et tempore Apostolorū comburebantur libri curiosi, quanto magis hæretici? Inquit enim Lucas, Multi ex eis qui fuerant curiosa sectati, cōtulerunt libros & combusserunt eos coram omnibus, & computatis precijs illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta milliū. Aliquando vbi nulla potestas Christianis erat animaduertendi in corpora hereticorū, pœna erat excommunicatio, vt supra ex Paulo. Et
Cypria

Cyprianus monet cum hæreticis non loquendum. Idem refert singulos hæreticos decem libris auri mulctari. Gelasius papa exilio damnauit hæreticos.

Hieronymus docet res ecclias esse putridas carnes. Ita inquit: Res ecclie sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, & corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant, & infra: que est ista misericordia, vni parcere, & omnes in discrimen adducere?

Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est.

Et Beatus Ambrosius. Hæresis velut quædam hydra fabularum vulneribus suis creuit, & dum sepe reciditur pullulauit, igni debite, incendioq; peritura.

Augustinus lib. 2. contra epistol. V. 2. Gaur.

DE HAERETICIS

Gaudentij, de hæret. inquit. Hoc hominum genus per imperatoriam curam corrigi debet.

Et super Ioan. ad longum docet imperatores & principes catholicos bene facere, quod utatur gladio contra hereticos, debent enim heretici affligi & eici à principibus, sicut Agar fuit afflicta à Sara quãdo Ismael ludit cum Isaac.

Gen. 21

Galat. 4

1. Cor. 10

Galat. 5

In promptu habentes vlciscionem inobedientiam.

Vtinam abscindatur, qui vos cõturbant.

Ecce quã feruide optat eos abscindi, quod si principes tũc fuissent Christiani, sine dubio obedissent de fiderio Pauli.

Sup. Ioan.

2. Reg. 18

Eusebius

Augustinus inquit. Nullus nostrũ vult aliquem hæreticum perire, sed aliter non meruit habere pacem domus Dauid, nisi Absolon filius eius in bello esset extinctus, sic ecclesia, si aliquorum perditione cæteros colligit,

git, dolorem materni sanat cordis,
tantorum liberatione populorum.

Constantinus imp. Arrium cum C. de her.
adhæretibus, damnauit in exilium, L. Manico
quia nolebat adherere concilio Ni-
cano.

Theodosius imperator puniuit he L. Arre
reticos Manichæos omnium bono-
rum possessione, & omni successio-
ne priuauit, admisit de super inquisi
tionem fieri post mortem. Idem de L. quicumq
creuit cum Valentiniano, ne Mani-
chæi in solo Romano conueniendi
morandiq; habeant facultatem, de-
creuit quoque eos vltimo supplicio
tradendos.

Idem statuit libros hæreticorum
diligenti studio inquiri, ac publice
comburī. Valentinianus, & Martia-
nus omnes damnauerūt hæreticos,
& perpetua deportatione damnaue-
runt, tenentes libros contra Calce-
donense concilium. Vltimo suppli-
cio coerceri mandarunt illicita do-

DE HAERETICIS

centes, & denuo libros mandant
comburī.

Leuit. 4 Educ blasphemum extra castra: &
lapidet eū omnis populus. Cur non
& hæreticum?

Heb. 6 Terra præferens spinas ac tribu-
los reprobata est & maledictio proxi-
ma, cuius consummatio in combu-
stionem. Huiusmodi terra est hereti-

2. Reg. 23 cus: phæretici sint spinæ Mat. 7. at-
tendite à falsis prophetis.

Præuaricatores quasi spinæ euel-
lentur vniuersi, quæ non tolluntur
manibus: & si quis tangere voluerit
eas, armabitur ferro & ligno lancea-
to, igneque succensæ comburētur vs-
que ad nihilum. Sed qui magis præ-
uaricantur quàm hæretici?

Falsarij pecuniæ aut alij malefa-
ctores per seculares principes iuste
morti traduntur, cur non hæretici
falsarij sacre scripturæ?

¶ Obijciunt heretici.

2. Apostoli nunquam petierunt a
prin-

principibus terre, vt vim inferrent
hæreticis.

2. Euangelium & Paulus nihil huiusmodi docent.

3. Disputandum est cum hæreticis,
& gladio spiritus vincendi sunt, quod
est verbum dei.

4. Dominus mandauit seruis suis, Mat. 13
vt zizaniam permitterent crescere
vsq; ad messem, quæ est finis sæculi.
Per zizaniam autem significantur
hæretici. Oportet hæreses esse vt in 1. Cor. 11
qui probati sunt manifeste fiant.
Ergo &c.

¶ Diluuntur per catholicos.

Hanc obiectionem mouerunt Do- De primo
natiste contra catholicos, vt testa-
tur Augustinus super Ioannem &
alijs pluribus locis & respondet.

Quis tunc in Christum crediderat
Imperator, quod ergo non fuit peti-
tum ab Apostolis, non fuit quia hæ-
retici nõ mereretur, sed quia gladi-
gentilium principum & imperato-

V 4 rum

DE HAERETICIS

rum nondum seruiebat euangelio, at mox Constantinum baptizatum implorabant catholici contra haereticos. Nam si imperatores puniunt furta, homicidia, rapinas, adulteria, periuria, cur non punirent haereses & sacrilegia?

De secūdo.

Decuit fidem Euangelij, sicut nascendo nō inniti humane sapientie, ita nec humane potentie, vsquequo diademata regū se inclinarēt saluatori attamē Paulus desiderabat abscindi eos, qui conturbabant fideles

De tertio.

1. Pet.

Tit.

Diui Petri auctoritate docemur, esse parati reddere rationem omniposcenti, de ea que in nobis est fide, tamen Paulus satis indicat post alteram correptionem deuitandum haereticum, non cum eo disputandum, & assignat claram rationem huius, quia subuersus sit. Huius rei peritus Tertullianus latissime ostendit, nō disputandum cum hereticis, quia potius sit standum fidei antiquorum, quam

quàm disputandum de scripturis. Et pluribus hâc rem agit, omnino depingens Lutherum, quomodo tractet sacras literas.

¶ Appendix Tilmanni.

Hæreticos eradicare per mortem non est contra mandatum domini, quod est in eo casu intelligendum, quando nō possunt extirpari zizania sine extirpatione tritici, unde addidit: Ne forte colligentes zizaniā, eradicetis simul cum eis & triticum. Quum metus igitur iste non subest, id est, quando ita crimen cuiuscunq; notum est, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorsus, vel non tales habeāt defensores, per quos possit schisma cōtingere, non dormiat seueritas disciplinæ. Hæc Augustinus contra epistolam Parmeniani.

De quarto

Oportet hæreses esse quemadmodum & scandala necesse est euenire, Mat. 18 sicut ergo ut homini per quem scan-

V 8 dala

DE HAERETICIS

Malicia eueniūt, ita & vā illi per quem
hæreses disseminantur: Oportet igitur
vtraq; esse, nō quidē absoluta,
sed solum conditionata necessitate,
qua necesse est, à Deo præscita vel
predestinata euenire, si coniunctim
accipiātur. Vel secundo oportet hæc
esse necessitate finis, quatenus utilia
sunt ad hoc, vt ij q; probati sunt ma-
nifesti fiant vt Apostolus subiūgit,
hoc est, vt fidelium constantia in fi-
de ecclesiæ comprobetur, & docto-
res pigritiam excutiant diuinas scri-
pturas sollicitius intuentes, vt Augu-
stinus dicit: Hoc autem est per acci-
dens præter, imò contra hæreticorū
intentionem, qui fidem corrumpere,
scripturas deprauare, innocētū
corda seducere, totis animi viribus
adnituntur. Magis proinde respici-
endum est ad id quod est per se de
eorum intentione, vt excludantur,
quàm ad hoc, quod est præter & con-
tra eorum intentionē, vt sustinean-
tur

tur. Vel tertio necesse est ea euenire
secundum hominum (qui sibi à pec-
catis & hæresibus non cauent) con-
ditionem. Sicut exempli gratia, si
medicus aliquis videns aliquos in-
debita diæta vtētes dicat, necesse est
tales infirmari, quod intelligēdum
est sub hac conditione, si diætā nō
mutēt. Similiter quoque necesse est
scandala euenire, oportetq; hæreses
esse quando homines conuersatio-
nem malam non mutant, neque pra-
uorum quando à peruersis heretico-
rum dogmatibus nō declināt, quan-
do principes & communitatum re-
ctores hæreticis nedum liberū per-
mittunt, imo ad hoc annuis eos con-
ducunt stipendijs, vt hæreses suas in
populo diuulgent, imposito catholi-
cis prædicatoribus silētio, vt ne mu-
tire quidem ipsis cōtra eosdē liceat.
Quis igitur miretur hæreses esse
oportere, hæc vbi ita sese habent?

NON